

aphelio Martis ad ad aphelium Telluris relinquitur 1728. 3840. minus additamento illo Saturni & Iovis divergentium proportionis. At ab eodem aphelio Telluris ad perihelium Martis est 3.2. hoc est 3840. 2560. Inter ergo Martis aphelium & perihelium motus, relinquetur proportio 1728. 2560, id est 27. 40. seu 81. 120. minus dicto additamento. Sed 81. 120. Commate minus est quam 80. 120. seu 2. 3. Ergo si de 2. 3. detrahatur Comma, detrahatur & additamentum dictum (quod per XXXVIII. est aequalis propriei Veneris): relinquitur propria &. Sed propria Veneris, est Diesis diminuta commate per XXVI. Comma vero, & Diesis diminuta Commate, faciunt Diesin integrum 24. 25. Si ergo à 2. 3. hoc est à 24. 36, auferas diesin 24. 25. relinquetur Marti propria 25. 36. ut prius: cuius dimidia 5. 6. cedit intervallis, per cap. III.

En iterum causam, cur supra Capite IV, fol. 195. Martis intervalla extrema, proportionem Harmonicam 5. 6. complecti deprehensa sint.

### XLII. Propositio.

**M**artis & Telluris Maior, seu diuergentium communis proportio, necessariò facta est 24. 125. minor quam Harmonia 5. 12, prioribus rationibus stabilita.

Propria enim Martis debuit fieri Diapente, cui sit adempta diesis, per praecedentem. Communis vero convergentium Martis & Telluris, seu Minor, debuit esse Diapente 2.3. p XV. Propria deniq; Telluris, est duplicata Diesis, cui sit adempta Comma, p XXVI. & XXVIII. Ex his vero elementis conflatur Major, seu diuergentium & Telluris, sitq; duo Diapente (seu 4.9, hoc est 108. 243.) cum una Diesi, quae sit multata Commate, hoc est cum 243. 250: fit sc. 108. 250. seu 54. 125. hoc est 603. 1500. At qui hoc est minus, quam 625. 1500. hoc est, quam 5. 12, quantitate 603. 625. quae est ferè 36. 37. minor Concinno minimo.

### XLIII. Propositio.

**A**D Harmoniam aliquam universalem, Martis aphelius conspirare non potuit: in scalam tamen generis Mollis illum quadam tenus consentire necessarium fuit.

Nam quia perihelius Iovis obtinet locum d<sup>r</sup> tensionis acutæ in genere Mollis, & verò inter illam & Martis aphelium esse debuit Harmonia 5. 24. ergo Martis aphelius obtinet locum d<sup>r</sup> adulterinum tensionis ejusdem acutæ. Dico adulterinum: nam libro III. cap. XII. cum recenserentur Consonantie adulterine; exq; compositione systematum deduceretur omisæ sunt aliqua, qua in ipso systemate simplici naturali existunt. Itaq; lector post lineam que desinit sic 81. 120. adscribat ista. à qua si auferas 4. 5. seu 32. 40. restat 27. 32. diminuta Sexta mollis: quæ est inter df. vel ce vel a. Octavæ etiam simplicis.

Et in subjecta Tabella primam lineam occupent ista.

Pro 5. 6. est 27. 32. deficiens.

Ex quibus patet, in Systemate naturali, clavem f<sup>r</sup> genuinam, ut illa est ex principijs ordinata, cum d<sup>r</sup> clavæ constitueret Sextam Mollis deficientem sem adulterinam. Cum igr inter perihelium Iovis in clavi genuinâ d<sup>r</sup>, constitutum,

# 234 DE MOTIBUS PLANETARUM

CAP. IX.

& inter aphelium Martis, sit perfecta Sexta molles supra Diapason, non vero deficiens, p. XIII: sequitur Martem aphelio motu signare locum, qui sit uno commate alterius clave genitum est ag, non nisi adulterinū obtinebit: eoq; non planē, sed saltem quadam ten⁹ in hanc scalam consentit. Concordatiam vero universalē neq; puram neq; adulterinam ingreditur. Nam Veneris perihelius obtinet locum e tensionis huj⁹. At inter e. f. est dissonantia, ob viciniam. Dissonat igr ♂, ab un⁹ planetarum sc. à ♀ perihelio. Sed & à ceteris ♀ motibus dissonat, remittuntur. ij. uno Commate minus, quam p. unam Diesin: quare cum inter perihelium ♀ & aphelium ♀ sit Semitonium & Comma, inter igr aphelium ♀ & aphelium ♂ erit Semitonium & Diesis (dissimulatio Octavis), hoc est Tonus minor; quod adhuc dissonum est intervallum. Tantum n. in Mollis generis Scalā aphelius Martis consentit, non etiam in Duri. Nam cum aphelius Veneris conspiret in e generis Duri; Martis vero aphelius (dissimulatio Octavis) sit factus alterius quam e, Tono minore; necessario igr aphelius ♂ in hac tensione medius inter f & fe caderet, faciens cum g (quem in hac tensione occupat aphelius Telluris) intervallum 25. 27. planē inconcinnum, Tonum sc. majorem, cui adempta sit Diesis.

Eodem modo probabitur Martis aphelius etiam à Telluris motibus dissidere. Nam quia cum perihelio Veneris Semitonium & Comma facit, per dicta, id est 14. 15. sed perihelij Terra & Veneris faciunt Sextam Mollem s. 8. seu 15. 24. per XXVII; Martis igr aphelius cum perihelio Telluris (addit is illi Octavis) faciet 14. 24. seu 7. 12. inconcinnum intervallum, nedum Harmonicum, ut & 7. 6. Est n. dissonum & inconcinnum, quicquid est inter 5. 6. & 8. 9. ut hic 6. 7. Sed nec ullus aliis Telluris mot⁹ concordare potest cum aphelio Martis. Nam supra dictū, quod is cum aphelio Telluris faciat 25. 27. inconcinnum (dissimulatio Octavis): jam vero à 6. 7. vel 24. 23. usque in 25. 27. omnia sunt minora minimo intervally Harmonico.

## XLVI. Corollarium.

P Atet igitur ex hac XLIII. de Iove & Marte, & ex XXXIX. de Saturno & Jove, & ex XXXVI. de Jove & Tellure, & ex XXXII. de Saturno: cur suprà cap. V. planetarum mot⁹ extremos neq; omnes ad unum Systema naturale seu scalam musicam perfectissimè accommodatos esse, neque qui ad systema tensionis ejusdem accommodati erant; omnes illos, loca illius naturali ratione divisisse, seu successionem Conciinnorum intervallorum merè naturalem effecisse deprehensum sit. Nam priores sunt causæ, quibus singuli planetæ singulas sunt nacti Harmonias, quibus & omnes planetæ Harmonias universales; quibus deniq; & Harmoniae universales duo genera, Duro & Molle: quibus positis, jam impeditur omnimoda accommodatione ad unum naturale sistema. Quod si illæ causæ non præcessisset necessariò: dubium nullum est, quin vel unum sistema, unaq; ejus tensio Planetarum omnium motus extremos complexum esset: vel si duobus systematib⁹ op⁹ fuit, pro duobus cantus generibus, Duro & Molli; non ita altera tantum generis duri, sed etiam in reliqua generis Mollis, ipsissimus ordo scalæ naturalis fuisset express⁹. Habes igr hic dicto cap. V. promissas causas dissidiorum p. minima, & omnibus qđem concinnis minora.

XLVII. Pro-

## XLV. Propositio.

CAP. IX

**A**D communem maiorem Veneris & Mercurii Diapason, nec non ad Mercurij etiam propriam, supra prioribus rationibus prop. XII. & XVI. stabilitas, accedere oportuit intervallum aequale intervallo Veneris, sic ut propria Mercurij fieret perfecta 5. 12; & sic & utroque motu cum unico perihelio Veneris concordaret.

Nam quia Saturni aphelius cum aphelio Telluris concordare debuit, Planetæ extimi, figurae sue circumscripti & altissimi, cum Telluris, quæ figurarum classes distinguit, altissimo: sequitur legibus oppositorum, ut Mercurij perihelius cum Telluris perihelio conspiret, quippe Planetæ intimi, figurae sue inscripti, & humilimi, Soliq; vicinissimi, cum Telluris, sepius illius communis, motu humilimo: illi quidem ad Durum, hi ad Molle Harmoniarum genus designandum, per prop. XXXIII. & XXXIV. Sed Veneris perihelius cum Telluris perihelio concordare debuit in Harmonia 5. 3. per XXVII. Ergo etiam perihelius Mercurij, cum perihelio Veneris in unum Scalam debuit contemperari. Erat vero prop. XII. ex prioribus illis rationibus definita Veneris & Mercurij Divergentium Harmonia 1. 4. Illa ergo jam per has posteriores rationes fuit fermentanda accessione totius intervalli Veneris. Non igit amplius ab aphelio, sed a perihelio Veneris ad perihelium Mercurij est perfecta Diapason. At quietiam convergentium Harmonia 3. 5. perfecta est, per prop. XV. Eā igitur subtracti ab 1. 4. restat: soli Mercurio proprias 5. 12. etiam perfecta, non vero amplius (ut prop. XVI. per priores rationes) diminuta proportione Veneris propriæ.

Alia ratio. Sicut Saturnum & Iovem solos exterius nullatenus contingunt Dodecaedron & Icosedron, conjugata: sic eadem Mercurium solum interius non tangunt: tangunt n. Martem, Tellure & Venerem, illum intus, hanc extrâ medianam utring. Sicut igit in proprias proportiones motu uero Saturni & Iovis, qui Cubo & Tetraedro sunt, distributim additum est aliquid aequale propriæ Veneris: sic jam propriæ Mercurij solitarij, qui Octaedro, Cubi & Tetraedri sociæ figuras continentur, accedere debuit tantundem: quippe sicut Octaedron, figura unica inter Secundarias, vicem sustinet duarum, Cubi & Tetraedri inter Primarias, de quo vide Cap. I. sic etiam inter Planetas inferiores, unus Mercurius est loco duorum ex superioribus, Saturni scilicet & Iovis.

Tertio, sicut Saturnus altissimus per aliquot Diapason, hoc est, in proportione 1. 7. 2. continuè duplā, concordare debuit aphelio suo motu, cum duorum qui venus Harmonie mutant, anterioris sibi qd; prioris motuetiam aphelio: per XXXI: sic vice versa, & humilimus, rursum aliquot diapason, h. c. in proportione 1. 4. et iam continuè duplā, concordare debuit perihelio suo motu cum duorum, qui genus Harmonie mutant, inferioris sibiq; similiter prioris motu perihelio. Quartò superiorum trium 1. 4. 8. singuli tantum extremi conspirant ad Harmonias universales: inferioris igit & unici, Mercurij sc. ambo extremi conspirare debuerunt adeasdem: nam medij, Tellus & & geni Harmoniarum mutare debuerunt, per XXXIII. XXXIV. Deniq; in bigis tribus superiorum inventæ sunt Harmoniae perfectæ inter convergentes motu, fermentatae vero inter divergentes, & propriæ singulorum: in bigis igit duabus inferiorum viceversa non inter convergentes possimum, nec inter divergentes, sed inter ejusdem plaga motus, perfectæ Harmoniae reperiiri debuerunt. Et quia Telluri & & duc debebatur perfectæ. Et illi quidem duo, tam inter aphelios perfectæ fortiori debuerunt, quam inter perihelios, quia gen' Harmoniae mutare debuerunt:

## 225 DE MOTIBUS PLANETARUM

CAP. IX.

Venus verò & Mercurius, ut pote genus Harmonia non mutantes, non etiam requirebant perfectas inter utramq; bigam, tam apheliorum quām periheliorum motuum: sed successit pro Harmonia perfecta apheliorum, ut qua fermentata jam fuit, Harmonia perfecta convergentium: ut sicut Venus inferiorum superior, propriam motuum proportionem habet minimam omnium per XXVIII. Mercurius, inferiorum inferior, proportionem propriam, maximam omnium fortis est, per XXX: sic etiam propria Veneris, omnium propriarum est imperfectissima, seu ab Harmonijs remotissima; propria verò & omnium propriarum perfectissima, id est Harmonia absoluta, sine fermento; & sic tandem undique rationes essent oppositae.

Sic enim magnalia sapientiae suæ decoravit is, qui est ante sæculum & usq; in sæculum: nihil redundant, nihil deficit, nec locus est censoriae cujusquam. Quām desiderabilia opera ejus, &c. omnia duplia unum contra unum, nec ulli suum deest oppositum; uniuscujusq; confirmavit (rationibus optimis stabilivit) bona (*Ornatum & decentiam*) & quis saturabitur videns gloriam eorum?

### XLVI. Axioma.

**S**olidarum figurarum interlocatio inter Orbēs planetarios, si libera est, nec præcedentium causarum necessitatibus impedita, perfectione sequi debet analogiam inscriptionum & circumscriptionum geometricarum; adeoque & conditiones proportionis inscriptorum ad circumscriptos.

Nihil enim est magis consentaneum quām, ut inscriptione physica Geometriam, tanquam opus typum suum, exactè representet.

### XLVII. Propositio.

**S**i Figurarum inter Planetas inscriptio libera fuit, Tetraedron suprà tangere debuit angulis orbem perihelium Iovis exactè, infrà centris planorum, aphelium Martis exactè. Cubus verò & Octaedrō, angulis in Orbem perihelium sui quæq; Planetæ insistentes, centris planorum penetrare debuerunt orbem sui interioris, sic ut illa centra versentur intra Orbēs, aphelium & perihelium; Dodecaedron contrà & Icosiedron, angulis extrà stringentes suorum Planetarum Orbēs perihelios, centris planorū non planè attingere debuerūt aphelios orbēs suorum interiorum: Echinus denique Dodecaedricus, stans angulis in perihelio orbe Martis, medijs punctis inversorum laterum, radios binos solidos interstinguentium, debuit venire proximè orbem aphelium Veneris.

Est enim Tetraedron figura media Primariarū, & ortu & situ in Mundo, equaliter igr, si nihil impediabat, sumovere debuit utramq; regionem & 2 & 3. Cui quia Cubus sursum erat & exterius, Dodecaedro deorsū & interius: par erat ergo, ut illorū inscriptio affectaret contrarietatem ejus, cuius Tetraedron tenebat medium, & altera illarum excessum faceret inscriptionis, altera defectum; altera sc. interiorem orbē quadammodo penetraret, altera non attingeret. Et quia Octaedron

edron est Cubo cognatum, aequalem habens orbium proportionem; Icosiedron verò Dodecaëdro: quod igitur Cubus habet de perfectione inscriptionis, idem & Octaëdro debebatur: quod Dodecaëdron, idem & Icosiedro. Est & consimilis Octaëtri situs, situi Cubi; Icosiedri verò, situi Dodecaedri: quia ut Cubus alterum tenet terminum ad exteriora: sic Octaedron tenet reliquum extremum ad interiora Mundi, Dodecaëdron verò & Icosiedron mediant: Convenit igitur etiam similis inscriptio, illic penetrativa Orbis planetarij interioris, hic deficiens ab illo. Echinus verò, qui summitatibus angulorum representat Icosiedron, basibus Dodecaëdron, utramq; etiam regionem, tam inter Martem & Tellurem, Dodecaedro, quam inter Tellurem & Venerem, Icosaëdro tributas implere, complecti seu disponere debuit. Utrum autem oppositorum, utri societati conveniat, Axioma præmissum clarum facit. Tetraedron enim, habens inscriptum orbem effabilem, medium sortita est locum inter Primarias, stipata utring, figuris incomensurabilium Orbium, quarum exterior Cubus, interior Dodecaëdron, per cap. I hujus. Hæc verò qualitas Geometrica, Effabilitas inscripti, representat in Naturâ inscriptionem Planetarij Orbis perfectam. Cubus igitur cum sociâ habent inscriptos, ex dimidio saltem effabiles, id est, solâ potentia; debent igitur semiperfectam representare inscriptionem; ubi licet non ipsa Orbis planetarij Extremitas, at saltem interius aliquid, & nominatim Medietas inter Orbæ, aphelium & perihelium, si per alias rationes fieri possit, attingatur à centrâ planorum figure. Dodecaëdron contrâcunsciat habent inscriptos planè ineffabiles & longitudine radij & potentia: debent igitur planè imperfectam representare inscriptionem, & penitus nihil de Orbe planetario attingentem, hoc est, deficientem, & usque ad aphelium planetæ orbem non planè pertingentem, quorum planorum centris. Echinus et si Dodecaëdro & socie cognatus est, habet tamen aliquid simile Tetraëdro. Nam radius inscripti lateribus ejus inversis, est quidem incomensurabilis circumscripiti radio, at commensurabilis est interim longitudine, distans binorum angulorum vicinorum. Itaq; perfectio commensurationis radiorum ferè tanta, quanta Tetraëdro imperfectio altrius est tanta, quanta Dodecaëdro & socie. Consentaneum igitur est, etiam physicam inscriptionem ei competere, nec planè Tetraëdricam, nec planè Dodecaëdricam, sed generis intermedij; ut quia Tetraëdron planis pertingere debuit ad summum Orbis, Dodecaëdron non attingere, certo spacio; jam hæc aculeata figura lateribus inversis inter spaciū Icosiedricum, & inter orbis inscripti summū slet proximè hanc summitatem attingens: statim etiam ista figura in societatem reliquarum quinque adscendit, legesq; istæ, stantibus legibus illarum, tolerari potuerunt. Imò quid dico tolerari potuerunt? quibus illæ carere non potuerunt, Nam si Dodecaëdro competitbat inscriptio laxa, nec attingens; quid aliud indefinitam illam laxitatem intra certæ quantitatæ metas coercere potuit: quam hæc subsidiaria figura, Dodecaëdro & Icosiedro cognata, inscriptione suâ proximè attingente, nec plus deficiente (si tamen deficit,) quam Tetraedron excedit & penetrat? de qua quantitate jam in sequenti agemus.

Valde verisimilem reddit hanc causam Echini associati duabus cognatis figuris (ut scilicet determinaretur proportio Orbium Martis & Veneris, quam illæ indefinitam reliquerant) quod invenitur Semidiameter Orbis Telluris 1000, propè admodum medio loco proportionalis

## CAP. IX.

Echini speciem vide  
I. b. V. fol.  
M. z. ubi P. P.  
solidi an-  
guli O. O.  
media in-  
versa latera

nalis inter orbem Martis perihelium & Veneris aphelium : quasi spaciū quod Echinus vindicat cognatis figuris, inter illas, ut pote similes, proportionaliter sit divisum.

## XLVIII. PROPOSITIO.

**I**NSCRIPTIO FIGURARUM REGULARIUM SOLIDARUM INTER ORBES PLANETARIOS NON FUIT MERAE LIBERTATIS : IMPEDIEBANT ENIM CIRCA MINIMA AB HARMONIJS INTER MOTUS EXTREMOS STATUTIS.

NAM PER AX. I. & II. PROPORTIO ORBIUM CUIUSQ. FIGURA NON IPSA PER SEIPSAM INMEDIATA DEBUIT EXPRIMI, SED PER ILLAM QUARENDÆ PRIUS FUERUNT, MOTIBUSQ. EXTREMIS ACCOMMODANDÆ HARMONIAE, IPSIS ORBIUM PROPORTIONIBUS FAMILIARISSIMÆ.

Deinde, ut p. AX. XIII. XX. HARMONIA UNIVERSALIS DUORUM GENERUM ESE POSSENT, FERMENTI NON NIHIL ADDI OPORTUIT HARMONIJS SINGULARUM BIGARUM MAJORIBUS, PER RATIONES POSTERIORES. UT Igitur ista stare possent, suisq. PROPRIIS NITI RATIONIBUS; REQUIREBANTUR INTERVALLA DISSENTIA NON NIHIL AB IJS, QUAE SUNT EX INSCRIPTIONE PERFECTÆ FIGURARUM INTER ORBES, LEGIBUS MOTUUM CAP. III. EXPLICATIS. ID UT COMPROBETUR, & UT APPAREAT QUANTUM DEROGETUR SINGULIS FIGURIIS PER HARMONIAS PROPRIIS RATIONIBUS STABILITAS : AGE EX ILLIS EXTRUAMUS INTERVALLA PLANETARUM A SOLE, NOVÆ FORMÆ CALCULI NEC AT NEA TENTAT A QUOQUAM.

**C**alculus intervallo-  
rum Planeta-  
riorum ex Harmo-  
nica poli-  
tici emer-  
gentium.

Erunt autem inquisitionis hujus tria capita : Primum ex cuiusq. planetæ motibus binis extremis, inquirentur ejus & Solis intervalla it idem Extrema, ex ijs Radius orbis in illa Extremorum intervallorum dimensione, cuiusq. planetæ propriâ. Secundo, ex ijsdem motibus extremis, in dimensione omnibus eadem, inquirentur motus medijs, corumq. proportio. Tertius ex proportione motuum mediorum jam patescat a, proportio Orbium seu Mediorum intervallorum investigabitur, & unâ etiam extremorum ; illaque comparabitur cum proportionibus figuralibus.

Quod primum attinet : repetendum est ex Cap. III. numero VI. quod proportio motuum extremorum sit dupla proportionis eversæ respondentium intervallorum a Sole. Cum igitur etiam quadratorum proportio sit dupla proportionis suorum laterum : ergo numeri quibus extremi motus singulorum exprimuntur, considerabuntur ut Quadrati, & quæ sit illorum radices dabunt extrema intervalla, quorum facile est medium arithmeticum accipere, pro semidiametro Orbis & Eccentricitate. Igitur Harmonia hactenus stabilita prescriperunt.

Planetis.	Motuum proportiones	Horum Radi- ces aut pro- longatz aut multiplicium.	Ergo semidia- meter Or- bis.	Eccentrici- tas.	In dimensione semidiametri Orbis 100000
Saturno.	64	80	85	5	382
per XXXVIII.	81	90			
Jovi	6581	81000			
per XXXVIII.	8000	89444	85222	4222	4954
Marti	25	50			
per XL.	36	60	55	5	9091
Telluri	3916	93531			
per XXVII.	3125	96815	95178	1647	1730
Veneri	243	9859			
per XXVII.	250	10000	99295	705	710
Mercurio	5	6350			
per XLIV.	22	98000	80624	17375	21552

ad f.

Ad secundum ex propositis rursus opus habemus capitil III, numero XII. ubi ostensum, quod numerus, qui exprimit motum medium in proportione extre-  
rum, sit minor Medio eorum arithmeticō, minor etiam geometricō, semissē differētia  
Medij utrīq. Et quia omnes motū medios exquirim̄ in dimensione ēādem; quare  
omnes proportiones, hacten̄ stabilitā inter binos & binos, omnes etiam singulorum  
proprietatē, explicitur in mensurā communis minimi dividui. Tunc querantur Me-  
dia, arithmeticum per dimidiationem differentiā extremonum cuiusq. motū, geo-  
metricum, per multiplicationem extremitatis in alterum, & extractionem ra-  
dīcis ē factō: tunc semissē de mediorum differentiā ablatā à geometrico Medio,  
constituetur numerus Motus medij, in dimensione cuiusq. extremonum motuum  
proprietā; que facilē per regulam proportionum transmutatur in communem.

Proportio- nes Harmo- nicæ Bino- rum.	Numeri motū extremorum	singulo rum p- priet. at.	Media singulorum con- tinuata.	Differē- tia se- missē.	Numerus motus medij in di- mensione Sua Communi.
1	h. 139968.	64	72.50.	72.00.	71.75. 156917.
1	h. 177147.	81			
2	4.354294.	6561	7280.5.	7244.9.	72.271. 390263.
5	4.432000.	8000			
24	g. 2073600.	25	30.50.	30.00.	29.75. 2467584.
2	g. 2985984.	36			
32	T. 4478976.	2916	3020.500.	3018.692.	3017.788. 4635322.
3	T. 4800000.	3125			
5	g. 7464960.	243	246.500.	246.475.	246.4625. 7571328.
1	g. 7680000.	250			
5	g. 12800000.	5	8.500.	7.746.	7.369. 18864680.
4	g. 30720000.	12			

Figuræ ultra punctum pertinent ad præcisionem numeri in p. denarijs

Inventa est ergo ex prescriptis Harmonijs, proportio Mediorum diurnorum motuum, que scilicet est inter cuiusq. graduū & minutorum &c. numeros inter se comparatos; que quādā propinquè accedat ad Astronomiam, facile est explorare.

Tertium caput propositorum indiget capitil III. numero VIII. Inventā enim proportione diurnorum mediorum motuum in singulis Planetis, datur inventire & proportionem Orbium. Est enim proportio mediorum motuum, proportionis Orbium eversa & sesquialtera. At quietiam proportio Cubicorum numerorum est sesquialtera proportionis Quadratorum ad easdem Radices adscriptorū in Tabula Clavij, quam subjunxit suæ Geometriae Practice. Quare si querantur numeri nostri motuum mediorum (decurtati, ubi opuserit, equali numero cyphrarum) inter Cubicos illius Tabule, exhibebunt ad sinistram sub titulo Quadratorum, numeros proportionis Orbium: tunc Eccentricitates supra singulis adscriptas in dimensione cuiusq. semidiametrovum propriā, facile per regulam proportionum transponentur in dimensionem omnibus communem, ut ijs additis ad semidiametros orbium, indeq. ablatis, constituantur intervalla singulorum à Sole, extrema. Dabimus autem semidiametro Orbis Telluris dimensionem rotundam 100000, ut moris est in Astronomiā: idq. hoc consilio, quia hic numerus seu quadratē multiplicatus seu cubicē, semper constat meritis cyphris; itaq. etiam motum medium Telluris efferemus numero 1000 000 000; per regulam proportionum facientes, ut numerum motus medij cuiusq. planetæ ad numerum motus medij Telluris; sic

# 240 DE MOTIBUS PLANETARUM

CAP. EX. viii; sic 1000 000 000 ad novam dimensionem. Ita quinq<sup>u</sup>s solis radicibus cubicis transfigi poterit negotium, singulis illis cum unico Telluris numero comparatis.

Numeri ex motibus medijs in dimensione Pristinâ. Novâ eversâ in- ter cubos qren- dâ.	Numeri p- portionis or- bitum inter quadratos	Semidi- ametri ut Supra.	Eccentricitas In dimensione Propriâ Com- ut suprà. muni	Intervalla extre- ma emergentia. Aphe- Perihel- lia. lia.
h. 156917. 29539960.	9556.	85.	5. 562	10118. 8994
24. 390263. 11877400.	5206.	85222.	4222. 258	5464. 4948
T. 2467584. 1878483.	1523.	55.	5. 138	1061. 1384
o. 4633322. 1000000.	1000.	95178.	1647. 17	1017. 983
g. 7571328. 612220.	721.	99295.	705. 5	726. 716
z. 18864680. 245714.	392.	80625.	17375. 85	476. 308

Apparet igitur in ultimâ serie, quales prodeant Numeri, quibus convergentie binorum exprimuntur intervalla: qui omnes valde propè accedunt ad illa intervalla, que inveni ex observationibus Braheanis. In solo Mercurio parvula est differentia. Nam Astronomia videtur ei dare intervalla hæc 470. 388. 306. omnia breviora. Causa dissidij vel in Observationū paucitatem conjicienda videtur, vel in Eccentricitatē magnitudinem. Vide cap. III. Sed ad finem calculi proprio.

Iam enim facile est, comparare proportiones orbium figuratum cum propor-  
tione intervallorum convergentium.

Nam si Semidiametres orbis figuræ circumscripti qua est communis, fiat	Tunc Semidiametri inscripti	Quoniam sit intervallum ex Harmonijs.
In Cubo 8994. h.	57735. 3194.	Medium 2. 5206.
In Tetraëdrio 4948. 2.	33333. 1649.	aphelium 2. 1661.
In Dodecaëdrio 1384. o.	79465. 1100.	aphelium T. 1018.
In Icosiedro 983. T.	79465. 781.	aphelium g. 726.
In Echino 1384. o.	52573. 728.	aphelium g. 726.
In Octaedro 716. g.	57755. 413.	medium g. 392.
In Quadrato Octaedri 716. g.	70711. 506.	aphelium g. 476.
vel 476. g.	70718. 336.	perihelium g. 308.

Paulò sc. infra medium Iovis descendunt plana Cubica; non plane ad ipsum Medium Mercurij, plana Octaedrica; paulò infra summum Martis, Tetraëdrica; non plane ad ipsum summum Veneris, latera Echini; longè verò ab aphelio Telluris deficiunt plana Dodecaëdri; longè etiam, & ferè proportionaliter ab aphelio Veneris, plana Icosiedri: Octaedri deniq<sup>u</sup> quadratum plane inceptum est; nec injurias nam quid planæ figura inter solidas? Vides igr. si planetarum intervalla deducantur ex proportionibus Harmonicis motuum, hactenus demonstratis; neceſſe esse ut illa tanta evadant, quanta haec patiuntur, non verò, quanta requiri-  
serent leges inscriptionis libera, prop. XLV. prescripte: quia hic κόσμος γε-  
ωμένει κόσμος inscriptionis perfecta, non erat amplius juxta illum alterum κόσ-  
μον αἴγαλον οὐ εὔδεχοι δύναται, ut Galeni verbis utar, ex hujus libri V. fron-  
tispicio desumptis. Tantum ad dilucidationem propositionis prescripte, ipso nu-  
merorum calculo demonstrandum fuit.

Non dissimulo, si Harmoniam convergentium Veneris & Mercurij augeam propriâ proportione motuum Veneris, eâdemq; ut consequi-  
tur, minuam propriam Mercurij; tunc prodire mihi per hanc metho-  
dum, intervalla Mercurij & Solis ista, 469. 388. 307. quæ valde præcisè re-  
præsen-

præsentantur ab Astronomiâ. At primò diminutionem illam non possum defendere rationibus Harmonicis; non enim quadrabit aphelius Mercurij in ullam scalam Mûsicam; nec tenetur in Planetis, oppositis in Mundo, plenaria ratio oppositionis omnium conditionum. Deinde motus Mercurij medius diurnus sit nimis magnus, èq; periodicum & tempus, quod est totius astronominæ certissimum, nimirum abbreviatur. Itaque maneo in politâ Harmonicâ motuum, hîc usurpatâ & toto cap. IX. confirmatâ. Veruntamen hoc exemplo vos, quodquot in hujus libri lectionem incidetis, Mathematicis disciplinis, & summæ philosophiæ cognitione imbuti, omnes provocato: agite strenui, vel unam ex Harmonijs passim applicatis convellite, cum aliâ aliquâ permutate; & experimini, num tam prope astronomiam, cap. IV. præscriptam accessuri sitis: vel contendite ratiohibus, num melitis & convenientius aliquid nticibus coelestibus astrarere; dispositionem verò à me adhibitam in parte vel toto destruere possitis. Quicquid ad gloriam pertinuerit Conditoris & Domini nostri, id æquè vobis per meum hunc librū licitum esto; ac ipse licentiam mihi sumpsi ad hanc horam usque, mutandi passim illa, quæ prioribus diebus oscitanti curâ; vel properanti ardore præpostere concepta deprehendere potui.

## IL. Epiphonema.

**B**Onum erat, solidas figuræ in genesi intervallorum cedere rationibus Harmonicis, Harmoniasque binorum Majores, Harmonijs universalibus omnium quantum hujus erat necesse.

Pulchro casu ad septenarij Quadratum IL devenimus; ut hoc veluti Sabatum quoddam succedit, præmissis sex solidis Octonarijs Effatorum, de opere Calorum. Merito etiam Epiphonema feci, quod inter Axiomata præmissi potuit: quia etiam Deus jam defitus operâ Creationis, vidit omnia, quæ fecerat, & ecce erant valde bona.

Duo sunt Epiphonematis membra: primum de Harmonijs in generè, sic demonstratur. Nam ubi delectus est inter diversa se mutuò non ex ase ferentia; ibi preferenda esse præstantiora, derogandumq; viliorib; quantù necesse est, ipsa vox τε κοτύς, que ornatum significat, arguere videtur. At qui quanto vita corpore, forma materia, tantò præstat ornatius Harmonicus Geometrico simplici.

Nam ut Animantium corpora perficit vita, quia ad hanc agendam sunt naturæ quod ex Archetypo Mundi, qui est ipsa essentia divina, sequitur: sic regiones Planarum, sol. 163. neis attributas, motus, sideris quamq; sui, metatur; quia ut sidus moveri posset, regio illi sua fuit assignata. At qui figure quinq; solidæ, vi vocis ipsius, ad spacia regionum pertinent, & ad illarum, corporumq; numerum; Harmonia vero ad motus. Rursum ut Materia diffusa est & indefinita ex seipso, Forma definita, unita, & terminans ipsam materiam: sic etiam proportionum Geometricarum infinitæ sunt; Harmonia paucæ. Etsi enim inter Geometricas etiam certi sunt gradus definitionum formationumque & restrictionum; nec plures tribus existere possunt ex adscriptione orbium ad figuræ regulares: attamen has etiam commune cum reliquis omnibus accidens sequitur; quod presupponit infinita quantitatum sectio possibility; quam etiam actu quodammodo involvunt illæ, quarum termini

## 242 DE MOTIBUS PLANETARUM

CAP. IX.

sunt inter se incommensurabiles. At Harmonicae proportiones omnes sunt effabiles omnium termini commensurabiles; iijq; desumpti ex figuraru; planarū certā & finitā specie. Infinitas verò sectionis materiam; commensuratio verò seu Effabilitas terminorum formā representat. Ut igitur materia Formā, ut rude saxum, justæ quidem qualitatibus, Ideam humani corporis; sic Geometrica Figurales proportiones, Harmonias appetūt; non ut fingat & forment illas; sed quia hæc Materia ad hanc Formam, hæc saxe quantitas ad hanc effigiem, hæc etiam figuralis proportio, ad hanc Harmoniam quadrat aptius; ut igitur fingantur formenturq; amplius, Materia quidem à sua Formā, saxum à Colapte in speciem animantis; proportio verò orbium figuralium, à sua, id est, propinquā & aptā Harmoniā.

Quæ huc usq; sunt dicta, clariora fient ex historia mearum inventionum. Cum ante 24. annos in hanc contemplationem incidissem; primum inquisivi, num equalibus intervallis ab invicem distarent orbes planetarum singuli (distant n. orbes in Copernico, nec sc̄e mutuò attingunt): nihil scilicet pulchrius agnoscēbam & qualitatis ratione. Illi verò caput & cauda deest: nullum enim numerum certum corporum mobilium, nullam certam intervallis quantitatem præbebat hæc materialis & qualitas. Cogitavi igitur de intervallorum similitudine ad orbes, id est de Proportione. At sequebatur querela eadem, nam et si proveniebant quidem intervalla inter orbes inæqualia sane; at nec inæqualiter inæqualia, ut vult Copernicus, nec quantitas proportionis, nec numerus orbium efficiebatur. Transivi ad figuræ planas regulares; formabantur ab ijs intervalla per adscriptionem circulorum: sed adhuc nullo certo numero. Ventum ad quinq; solidas hic & numerus corporum, & intervallorum magnitudo propè vera patebat; ad- ed ut super reliquā discrepantiā ad Astronomia perfectionem appellarem. Perfecta fuit his 20. annis Astronomia; & ecce adhuc intervalla discrepabant à figuris solidis; nec dum causa patebant Eccentricitatū inæqualissimè distributariū inter Planetas. Scilicet in hac Mundi domo quærebam nil nisi saxa, formæ elegantioris, sed quæ saxe conveniret; ignarus, Architectum illa fixisse in articulatissimam effigiem animati corporis. Ita paulatim, his præsertim ultimis 3c annis, vētum ad Harmonias, deorsim circa minima Figuris solidis: cùm quia illæ stabant à partib; Formæ, quam ultima manus imponeret; figuræ à Materiâ, quæ in Mundo est numerus corporum, & spaciōrum rūdis amplitudo: tum etiam quia illæ dabant Eccentricitates, quas hæc pollicebantur quidem: illæ scilicet nasum oculos & reliqua membra conciliabant statu; sc̄i ista solam externam rūdis mafse quantitatem præscriperant.

Quare sicut neq; corpora Animantū sunt facta, neque saxe moles fieri solet, ad normam puram alicujus figuræ geometricæ; sed derogatur externæ figura rotunda, quantumvis eleganti (mane te tamen justa molis magnitudine), ut corpus organa vita necessaria, saxum verò effigiem animantis nancisci possit: sic etiam proportio, quam Orbibus planetarijs præscripta erant figurae solidæ, ut inferior, & tantum corpus materiamq; spectans, cedere debuit Harmonijs; quantum ejus, erat necesse ad hoc, ut stare illæ juxta, motq; globorū excornare possent.

Supra nur  
KVIII.in-  
ter Axiom priori probationem habet. Nam illi potius debetur suprema veluti perfectionis manus, quod magis perficit Mundum; illi viceversa derogandum, (si derogan-  
dum alterutri); quod posteriores hic partes tenet. At magis Mundum perficit  
universalis Harmonia omnium, quam singulares binorum & binorum vicino-

THM ge-

rum geminae. Est enim Harmonia, quedam unitatis ratio: magis igitur uniti sunt, si omnes simul in unam, quam si bini quicunque seorsim in binas conspirent Harmonias. Quare in conflictu utrarumque, cedere debuerunt ex binis binorum Planetarum, alterutra singulares: ut stare possent universales omnium. Potius autem Majores, divergentium motuum, cedere debuerunt; quam Minores, convergentium. Si enim divergunt illi, spectant igitur ad Planetas non bigae propriae, sed alios vicinos; & si convergunt hi, vergunt igitur, alterutrius Planetae motus ad reliqui motum, permutatim: ut in biga Iovis & Martis, illius aphelium ad Saturnum, hujus perihelium ad Tellurem vergit; at illius perihelium vergit ad Martem, hujus aphelium ad Iovem. Horum igitur Harmonia Iovi & Marti magis est propria; illorum, divergentium, Harmonia a Iove & Marte quodammodo est alienior. Minus autem laetebatur unionis ratio, quae binos & binos vicinos colligat; si alienior & remotior ab iis Harmonia fermentaretur: quam si propria, quae sc. est inter vicinorum Planetarum motus magis vicinos. Negatamen valde magna fuit haec fermentatio: Inventa enim est ratio, qua & starent Harmoniae universales omnium Planetarum, eaque distinctorum duorum generum, & cum aliquâ tensionis latitudine, qua saltet Comma aquaret; & singulares etiam binorum vicinorum binæ afferentur; Convergentium quidem motuum in quatuor bigis, perfectæ; apheliorum in una, periheliorum in duabus, it idem perfectæ; divergentium verò in quatuor bigis, infra discrepantiam unius Diesis, intervalli minimi, quantum humana vox in canto figurato ferè perpetuo peccat; in unicâ verò Iovis & Martis, inter Diesin & Semitonium. Apparet igitur hanc mutuam cessionem undiquaque esse valde bonam.

Hactenus igitur de Dei Creatoris opere nobis *Paulus Phoeniculus. Re-*  
*stat nunc*, ut vel tandem oculis & manibus de tabulâ demonstratio-  
*nrum ablatis, inque cœlum sublati, Patrem lumen devotus & sup-*  
*plex comprecepit: O qui lumine Naturæ desiderium in nobis promoves*  
*luminis Gratiae, ut per id transferras nos in lumen Glorie; gratias ago*  
*tibi Creator Domine, quia delectasti me in facturâ tuâ, & in ope-*  
*ribus manuum tuarum exultavi: En nunc opus consummavi pro-*  
*fessionis meæ, tantis usus ingenij viribus, quantas mihi dedisti; ma-*  
*nifestavi gloriam operum tuorum hominibus, istas demonstrationes*  
*lecturis, quantum de illius infinitate capere potuerunt angustiæ Menti*  
*meæ; promptus mihi fuit animus ad emendatissime philosophandum;*  
*si quid indignum tuis consilijs prolatum à me, vermiculo, in volutabro*  
*peccatorum nato & innutrito, quod scire velis homines; id quoque in-*  
*spires, ut emendem; si tuorum operum admirabili pulchritudine in te-*  
*meritatem prolectus sum, aut si gloriam propriam apud homines a-*  
*mavi, dum progredior in opere tua gloriae destinato; mitis & miseri-*  
*cors condona: denique ut demonstrationes istæ tuæ gloriae & Ani-*  
*marum saluti cedant, nec ei ullatenus obsint, propicius*  
*efficere digneris.*

244. DE MOTIBUS PLANETARUM  
CAPVT X.

Epilogus de Sole, conjecturalis.

A Musica cælesti ad auditorem, a Musis ad Choragum Apollinem; à Planetis sex circumcurrentibus, Harmoniasque facientibus, ad Solem in curriculorum omnium centro, immobilem loco, in seipsum tamen se revolventem. Cùm enim absolutissima sit inter extremos Planetarum motus Harmonice, non quoad veras celestes per auram ætheriam: sed quoad angulos, quos formant termini diurnorum arcuum de orbitis planetarum, connexi cum centro Solis; Harmonia vero non decoret terminos, id est, motus per se singulos; sed quatenus inter se juncti & comparati, fiunt objectum alicujus Mensis: & cùm nullum objectum frustra sit ordinatum, non existente aliquâ re, quæ illo moveatur; anguli vero isti præsupponere videantur actionem aliquam, similem visus nostri, aut certe sensio[n]is illius, quâ libr. IV Natura sublunar[is] percipiebat angulos radiorum ex Planetis, in terrâ formatos: euidem qualis in Sole visus, qui oculi sint, aut quis instinctus alius, percipiendi hos angulos, etiam sine oculis, æstimandique Harmonias motuum, ad mentis vestibulum quâcunque portâ ingredientium, quædenique Mens ista in Sole; consicere non facile est, terram incolentibus. Ut cunque tamen se habeant ista, certe circumpositio illa sex orbium primariorum circa Solem, colentium illum perpetuis circumvolutionibus, & veluti adorantium (sicut seorsim Jovis globum quatuor, Saturnum duo, Tellurem vero & nos ejus incolas uniuera Luna cursu cingit, colit, fovet, nobisque famulatur); & illi considerationi jam accedens speciale hoc negocium Harmonicum, vestigium evidenter summæ providentiae rerum Solarium, hanc à me confessionem extorquent: Non tantum exire in totum Mundum ex Sole, ut à foco vel oculo Mundi, Lucem; ut ex corde, vitam & calorem, ut à rege & motore, motum omnem: sed vicissim etiam in Sole colligi ex omni Mundanâ provinciâ, jure regio, hos veluti redditus Harmoniæ desiderabilissimæ, imò confluentes eò species motuum binorum, mentis alicujus operâ in unam Harmoniam colligari, & velut ex rudi argento atque auro Monetam signari: denique in Sole CURIAM, Palatium, & Prætorium seu Regiam esse totius regni Naturæ; quo sunque dederit illi Creator Cancellarios, Palatinos, Praefatos; quibus sunque paraverit istas sedes, seu creatis statim ab initio, seu olim hue transferendis. Nam & terrestris iste ornatus potissimum sui parte, diu admodum speculatoribus & usurpatoribus, quibus tamen erat destinatus, carebat, sedesque vacuae erant. Subit igitur animus cogitatio, quid sibi voluerint antiqui Pythagoræi apud Aristotelem, qui centrum Mundi (quorsum Ignem referebant, Solem vero subintelligebant) soliti sunt appellare Jovis EXCUBIAS, ΔΙΟΣΦΥΛΑΚΗΝ; quid item vetus interpres agitaverit animo, cùm versiculum ex

lum ex Psalmo sic redderet, IN SOLE POSUIT TABERNACULUM. Sed & in Hymnum Procli philosophi Platonici nuper incidi, scriptum in Solem, refertumque venerandis mysterijs, si ei unum illud **Kλῦθι eripias**: quamvis hoc ipsum in eo quadam tenus excusaverit vetus interpres, jam citatus: ut ille scilicet Solem invocans, illum subintelligat, qui posuit in Sole tabernaculum suum. Vixit enim Proclus quo tempore, Jesum Nazarenum servatorem nostrum, Deum profiteri, deosque gentilium poëtarum contemnere, scelus erat, quod omnibus supplicijs vindicabant Monarchæ orbis, populuisque adeò ipse. Proclus igitur, qui filium dei vel ex philosophiâ sua Platonicâ, naturali mentis lumine conspicerat eminus, lucem illam veram, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum: qui divinitatem in rebus sensilibus cum superstitione plebe nequaquam querendam esse jam sciebat: Deum tamen in Sole, quam in Christo homine sensili quærere, videri maluit; ut simul & gentes falleret, Titanem poetarum verbottenus honorans; simul suæ philosophiæ operaretur, abstracturus & gentes & Christianos à sensilibus, illos à Sole visibili, istos à Mariæ filio; quia Mysterium incarnationis respuebat, naturali Menti luminis nimium confisus: simul denique, quod habebant Christiani divinissimum, & Platonicæ Philosophiæ maximè consentaneum, ipse ab ijs transumptum, in illam suam philosophiam adoptaret. Itaque datur doctrinæ Evangelij de Christo, contra hunc Procli Hymnum, actio in tem suam: habeat sibi Titan ille res suas Χενσαννία & ταμιεῖον φάγε, μετσατίλειας δέ θέρπεις κόσμυν καρδιῶν εὐφεγγέακυχλον, quam speciem etiam Copernicus ei largitur: habeat etiam παλινότερες διφείας, quamvis illos non habeat per antiquos Pythagoreos, sed eorum loco τὸ κέντερν, διὸς φυλακέων, (quod ipsorum dogma successor Proclus oblivione saeculorum, velut diluvio deformatum, non agnoscit) habeat & γενέθλια ex se ἐλασίστας, & quicquid est naturale: cedat vicissim philosophia Procli Christianis dogmatibus, cedat Sol sensibilis Mariæ filio, filium illum Dei, quem Proclus alloquitur sub Titani nomine, ζωαρχέθ, ωδύα, πηγῆς αὐτὸς ἔχων κληπτα, & illa, πάντα τεντές ἐπληστας ἐγερσινόιον καργνόντις; & illam potestatem immensam μοισάων, & quæ in nulla philosophia legebantur ante promulgationem Evangelij, Dæmonas formidantes minax illius flagellum, dæmonas animabus insidiantes, ὅφει οὐτενες λάθοιο πατρὸς κατεφεγγέθ αὐλῆς; & q̄s nisi Verbū patris est ille εἰκὼν παγγενέταο δεῖ, & φανένθ απ' ἀρρήψ γενετῆθ παύσαο σογχείων οὔρυμαγδος ἐπ' αὐλήλοισιν ιοντων

\* Similia tamen non nulla Orpheo vetustissimo, & propè Mosis æquali, tanquam hujus discipulo tribuuntur ap. Suidam. Vide & Hymnos Orphei, in quos scripsit Proclus.

CAP. X  
Cujus in superioribus libris multa mentio.

Sub Constantino, Maxentio & Julianō Apostata.

Veterū de ejus libro

Mητρώ  
ακῆ judi-  
cium hoc  
fuit; in eo  
nō sine di-  
vino raptu  
expositam  
esse doctri-  
nam unic  
versam de  
Deo; & lxx  
chrysīs  
ex eo fre-  
quentibus  
authoris  
apparenti-  
bus, suspi-  
cionem o-  
mnem au-  
dientibus  
auferri. I-  
dem tamē  
scriptū cō-  
tia Christia-  
nos E-  
pichirema-  
ta; quib  
bus se op-  
posuit Jo-  
annes Phi-  
lipponus ex  
probrans  
ipſi græca-  
rum rerum  
inſtitiam,  
quas tamē  
defendendas  
fusce-  
perat. Sci-  
licet diſſi-  
mulauerat  
Proclus il-  
la quæ ad  
suam phi-  
losophiā  
non facie-  
bant.

## 246 DE MOTIBUS PLANETARUM

**¶. 2.** secundum illud, Terra erat rufis indigestaque moles, & tenebrae super faciem abyssi: & Deus lucem a tenebris, aquas ab aquis, mare ab aridâ: & Omnia per ipsum Verbum facta sunt. Quis nisi Jesus Nazarenus, Dei filius, ψυχῶν ἀναγωγεὺς, pastor animarum, cui offerenda īκεσίν πολυδάκενος, ut nos purget a peccatis.

**An igitur Hymnus iste pars erat** **Mηλεως** exque sordibus eruat τῆς γενέθλιης, (quasi peccati originalis somitem fateretur) & a penitentia malisque custodiat, πτηνών θοὸν ὄμμα δίκης: scilicet iram Patris? & quae alia velut ex Hymno Zachariae de prompta legimus, Αχλαὶ δποσκεδάσας ὀλετήμβρεοτον ιολόχευτον, ut sc. animabus versantibus in tenebris & umbrâ mortis, det φάγος ἄγνοι & ὀλβον αὐτοφέλικον απ' ἐντεβίνς ἐργετεύης; id enim est, servire Deo in sanctitate & justitia omnibus diebus nostris.

**Hæc** igitur & similia seponiamus nos jam, adque doctrinam Ecclesiæ Catholicæ, cujus sunt propria, remittamus: Cujus vero causa potissimum facta est mentio Hymni, id videamus. Eundem enim Solem, q.

**¶. 3.** **Et etiam Orpheus.** Υψοθεν αἴγμονίς ρύμα πλούσιον ἔξοχετεύει, eundem de cūσομεν τὸν εν αρμόνιον μέγα κύμα βασιν φλοίσβαιο γενέθλιης, & cujus cherubim consors est Pæan, Πλόσις αἴγμονίς παναπήμονος ἐνεργεια κόσμου.

**¶. 4.** eundem inquam primò statim Hymni versiculo salutat. Πυρὸς νοερὴ δέρμον βασιλέα. Quo exordio simul indicat, quid Pythagorëi sub Ignis vocabulo intellexerint, (ut mirum sit, discipulum a magistris in Centri loco, quod ipsi Soli dabant, dissentire): simul totum Hymnum a corpore Solis, ejusq; qualitate luce, sensilib; ad intellectualia transiit: & illi suo Πυρὸν νοερῷ (igni forte Stoicorum artifici) illi Platonis sui creato Deo, Menti principi seu Αὐτόνῳ, sedem regiam in corpore Solis assignavit: Creaturam & eum, per quem omnia creata sunt, confundens in unum. At nos Christiani, melius distinguere docti, Lógon illum aeternum & increatum, qui erat περὸς τὸν θεόν, & qui nullis sedibus continetur, quamvis sit intra omnia, nullis excluditur, quamvis ipse extra omnia, scimus carnem ex utero glorioſissimæ Virginis Mariæ in unitatem Personæ suscepisse; & consummato carnis ministerio, cœlos, in quibus & pater cœlestis, excellenti quodammodo præ ceteris Mundi partibus, per gloriam scilicet & majestatem habitare agnoscitur, sedem regiam occupasse, etiamque suis fidelibus in illâ domo patris sui mansiones esse pollicitum: de cetero super illâ sede curiosius aliquid inquire, sensusque vel rationes naturales ad id indagandum arcessere, quod oculus non vidit, auris non audivit, & in cor hominis non ascendit, supervacuum existimamus: Mentem vero creatam, quantæcumque sit illa præstantia, Creatori suo meritò subjicimus; nec Deos Intelligentias cum Aristotele & philosophis gentilibus, nec Spirituum Planetariorum exercitus innumerabiles cum Magis introducimus, adorandoſve

aut Theurgicis superstitionibus ad mutuum commercium exciendos proponimus: hoc diligenter carentes, jam porrò qualis Mens quæque sit, p̄sertim si qua in corde Mundi vices animæ mundi gerens, Naturæ rerum arctius est alligata, (aut si etiam aliquæ creaturæ intelligentes, Naturæ diversæ ab Humanâ, globum sic animatum forsitan inhabitant, inhabitabuntve) naturalibus etiam rationibus inquirimus liberè. Quod si licet analogiæ filo ducente, labyrinthos mysteriorum Naturæ permeare; non ineptè quis, opinor, sic fuerit argumentatus, quod quæ est habitudo sex orbium ad commune illorum, totiusque adeò mundi centrum; eadem sit &  $\tau\bar{\eta}\delta\alpha\vartheta\omega\varsigma$  ad  $\tau\bar{\eta}\nu\bar{\eta}\nu$ ; ut hæ facultates ab Aristotele, Platone, Proclo & cæteris distinguuntur: & rursum, quod quæ habitudo revolutionum localium, Planetarum singulorum circa Solem, ad Solis gyrationem  $\alpha\mu\epsilon\tau\alpha\theta\epsilon\lambda\omega$  in spacio totius systematis medio; eadem sit etiam habitudo  $\mathfrak{E}\delta\alpha\vartheta\omega\tau\kappa\varsigma$  ad  $\tau\bar{\eta}\nu\bar{\eta}\nu\bar{\eta}\gamma$ ; discursuum ratiocinationis multiplicum, ad intellectiōnem mentalem simplicissimam. Nam uti Sol in seipsum revolutus, per emissam ex se speciem, movet Planetas omnes: sic etiam mens, ut philosophi docent, seipsum intelligens, inque seipsâ omnia, ratiocinationes ciet, suamque simplicitatem in illas diducens & explicans, omnia facit intelligi. Adeò q; conexa sunt inter se & colligata, motus Planetarum circa solem in eorum centro, & discursus ratiocinationum: ut nisi Tellus, domicilium nostrum, annum circulum, medium inter orbēs cæteros, metaretur, locum ex loco, stationem ex statione permutans; nunquam humana ratiocinatio ad verissima Planetarum intervalla, & ad cætera ab ijs dependentia fuerit enīsura, nunq; Astronomiam constitutura. Ex adverso quietem Solis in centro mundi, pulchro responsū consequitur intellectiōnis simplicitas; eò quod haec tenus nobis usurpatum semper fuit, folares illas Harmonias motuum, neque plagarum diversitatem, neque spaciōrum Mundi amplitudine definiri. Nimirum si qua mens ex Sole propicit Harmonias istas; illi desunt adminicula motus & stationum diversarum sedis suæ, ex quibus nec stat ratiocinationes & discursus intervallis planetarum dimetiendis necessarios. Comparat igr diurnos cuiusq; Planetæ motus, non ut iij sunt in suis orbitis; sed uti per angulos ad centrum Solis allabuntur. Itaque si cognitionem habet magnitudinis sphærarum: hanc illi oportet à priori inesse, sine ratiocinationum labore: quod quidem quadamtenus & de humanis mentib; & de natura sublunari verum esse, supræ ex Platone & Proclo patuit.

Quæ cùm ita sint: non equidem mirum fuerit, si quis ex hoc Pythagoræ craterे, quem Procl<sup>o</sup> in ipso statim primo versu Hymni propinat, huius liberaliori assumpto concafflesctus, si Harmoniā chori Planetarum suayissimā in soporem datus, somniare incipiatur: Per globos qdem reliquos de loco in 'ocum succedētes circa Solem, disseminatas esse discursivas seu Ratiocinativas facultates; quarum præstantissima utiq; & absolutissima illa censi debet, quæ est in illorum globorum medio, humana sc. in Tellure; in Sole verò Intellectum simplicem,  $\pi\bar{\eta}\nu\bar{\eta}\nu\bar{\eta}\gamma$  seu Novū habitare, omnis Harmoniæ fontem, quicunque ille sit.

Nam

Vide Libri  
mei de stel-  
la nova ca-  
put XXIV  
de Anima  
Mundi &  
nonnullis  
ejus munij,

De qua te-  
stantur ma-  
culæ Solis  
Demon-  
stratum  
hoc in cō-  
mentarijō  
de motu  
Martis.

Vid. fol. 117  
lib. IV.

Vide Op-  
ticam Aſ-  
tronomie  
partem  
CAP. IX.

Licet &  
fabulando  
Platonis  
Atlantica,  
& somni-  
do Cicero-  
nis Scipio-  
nem inale-  
tari.

## 248 DE MOTIBUS PLANETARUM

CAP. X.

Nam si vel de nuda globorum illorum vastitate sic visum est Tycho Brahe, non esse frustraneam illam in mundo, sed incolis referat: quantò verisimilius nos ab illa varietate, q̄ in hoc Telluris globo cernimus, operum consiliorumq; Dei, conjecturam etiam de ceteris globis capiemus? Qui enim species creavit, quae aquas incoleant, sub quibus tamen nullus aéri locus, quem attrahant viventia: qui in aëris vastitatem, penitus suffulta immisit volucres; qui nivosis septentrionis plagis ursos albos, albas vulpes dedit, pabulumq; illis, marina Cete, his avium ova; qui solitudinibus extuantis Libyæ, leones, qui diffusissimis Syriae planiciebus camelos; famisque illis, hisce sitis tolerantiam: hiccine omnem in globo Telluris consumpsit artem, tit non posset; omnem bonitatem, ut non vellet, ceteros etiam globos convenientibus exornare creaturis; quas vel revolutionum prolixitates brevitateisque, vel Solis propinquitas & remotio, vel eccentricitatum varietas, vel corporum nitor aut obscuritas, vel figurarum, quibꝫ libet regio fulcit, proprietates quadrabant. Ecce n. ut animantum sæcla in hoc Telluris globo masculi effigiem in Dodecaëdro, foeminae in Icosiedro, (quorum illud exterius Telluris orbem fulcit, hoc interius) generationis deniq; effigiem, in illius conjugij divina proportione ejusq; ineffabilitate habeant: quid ceteros globos habere putabimus à figuris ceteris? Cui bōno Jovem quatuor Lunæ, Saturnum duæ, cursibus cingunt ut nostrum domiciliū hæc nostra Luna unica? Ad eundem verò modum etiam de globo Solis ratiocinabimur, coniecturasq; ab Harmonijs, ceterisq; desumptas, per se quidem ponderosissimas, conjecturis alijs, magis ad corpora vergentibus, magis ad vulgi captum accommodatis, velut incorporabimus. Illene globus vacuus, ceteri pleni sunt, si omnia alia respondent proprius? si ut Terra nubes, sic Sol atras fuligines expirat? si ut illa imbrīb humectatur & virescit, sic Sol maculis illis suis exustis lucescit, emicantibus in ipso corpore, toto igneo, flammulis clarioribus. Cui usui hic apparatus, si globus vacuus? An non vel sensus ipsi exclamant, ignea hic habitare corpora, Mentium simplicium capacia, verèque Solem esse *Mueḡs voeḡs* si non Regem, at saltem Regiam?

Abrumpo constito & somnum & speculationem vastissimam; tanquam illud exclamanscum Psalte Rege:

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus & Sapientia ejus non est numerus; laudate eum cœli, laudate eum Sol, Luna & Planetæ, quo cunque sensu ad percipiendum, quacunq; linguâ ad eloquendum Creatorem vestrum utamini: Laudate eum Harmoniæ cœlestes, laudate eum vos Harmoniarum detestarum arbitri: lauda & tu anima mea Dominum Creatorem tuum, quamdiu fueris: namq; ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, καὶ τὰ αἰωνῖα, καὶ τὰ νοερά; tam ea quæ ignoramus penitus, quād ea quæ scimus, minima illorum pars; quia adhuc plus ultrā est. Ipsi laus, honor & gloria in sæcula sæculorum AMEN.

F. I. N. I. S.

Absolutum est hoc opus die 17. 27. Maii, anno MDCXVIII; revisus vero liber V, (interim dum in eis typi progressiuntur) 9. 19. Februario anno MDCXIX.

Lincii Metropoli Austriae Supr.-Anisana.

Tuq; ante  
omnes Me  
stline felici  
ci senecta,  
namq; tu  
solebas  
Has dictis  
animate  
spec; curas

APPENDIX

# APPENDIX

## AD L. V. HARMONICORVM.

**Q**uam suprà in Indice capitum libri V. professus sum Appendixem: illam hic non est ut expectes lector: Amphora caput

Institui, currente rotâ verùm urceus exit.

Causas dicam breviter: magnum & exundans flumen non commoda navigatius eram: cùm ecce copys aquarum in tenuem rivum subsidentibꝫ vadum patuit, quod pedes transirem, navi in suâ statione relictâ ad usus magis necessarios. Hoc est quod dico: Ptolemaei Harmonia libri III, quos habeo Graecos manuscriptos, cum commentariis Porphyrii philosophi profundissimi, stidem Gracis, ab initio usq; ad lib. II. cap. VII. digni mihi semper viüssunt, qui Gracolatini integrè exiret in publicū: cāq; de causâ ante annos X. cepi illos in Latinum sermonē vertere: qua versio processit usq; ad medietatem codicis Porphyriani. Quo min⁹ ulterius pergerem, impedimenta mihi sicut loci mutatio, conjuncta cōpluris molestis, & postquam Linium veni, novum studiorum Astronomicorum initium. At verò cùm ante annum proposuisse meos Harmonicorum libros V. edere: momentum ingens videbam futurum in comparatione mei operis cum Ptolemaico, p̄sertim libri mei V, cum ultimis capitibꝫ lib. III Ptolemaei, quorum tria extrema nihil habent nisi lemmata seu titulos à Ptolemaeo. Ita j; reluctante genio, proposui operis seipso mutili unam solam partem decerpere, quæ maximè ad meam materiam faciebat. Quem ad finem & verti librum Ptolemaei III, à cap. III ad finem; & tribꝫ ultimis lemmatibꝫ inanibus suis textus ex principijs astronomiae Ptolemaicae, & ex mente authoris, quātā potuit fieri dexteritate concinnatos subjeci: & deniq; commentarios seu Notas addejici, quibus & Porphyrianae commentationis, lib. II. capite VII abrupta, defecta in hoc tertio supplatur, & inventa Ptolemaica cum meis comparantur, & discriben ostenditur, inter Ptolemaei symbolismos & meas demonstrationes legitimas; unde infirmitas & imperfictio Symbolismorum illorū, & causa potissimum huj⁹ rei, sc. falsitas principiorum Astronomiae Ptolemaicae, patescit. Cum igr sola hac appendix ad 30 pag: libri occupatura esset: ecce coortum interea bellum Bohemicum vicinum, quo & itineraria sunt impedita, & operarij pleriq; nomina profitentur militiae; Itaq; primum nos papyrus, deinde & opere præli administræ defecerunt; tempus deniq; fastidiosissimis moris nimio protractum. Quibus iropenditatis excitatus, vix tandem me respexi, meumq; institutum corripui; qui librum authoris optimi Ptolemaei & commentatoris Porphyrii, mutilata particula editione, tantum non exponerem, penitusq; abolerem. Quin poti⁹ igr reliquum opera dimidium inversione Porphyrianae expositionis impenderem; Notas in capita lib. II & III. residua conscriberem, & cum Porphyrianis, cumq; ijs, quas jam habeo conscriptas in libr. III penè totum, conjungerem: ut ita opus integretur, & qua parte extat, Greco-latinum edatur? Quam ad editionem aliud tempus, aliusq; locus requiritur, & Typographus idoneus.

Ne verò quideorum, quæ suprà sum pollicit⁹, penitus desiderari posset à Lectore, aut ne vel in hac ultima parte deesse aliquid ad integritatē seu ad facilorem intellectum opis mei Harmonici: agè capitum libri III Ptolemaei titulos exscribam, cumq; locis suis in opere meo comparabo; & quid in Notis meis insit, summaria ratione conscribam.

Primum quæ Ptolemaeus libris I. II. & initio tertij de Harmonicâ disciplinâ tradidit, illa ego methodo alia, hasud paulò diversâ, libro meo III complexius sum. Cum autem Ptolemae⁹ Harmoniarum principia ex numeris abstractis petat, cum veteribus: ego contraria, vim numeris ut numerantibus inesse negans, pro ijs numeris

etos numeratos, id est, res ipsas numeris ipsis subjectas, figuris scilicet planis regulares, & circuli divisiones ipsis administrandas, principia statuens Harmoniarum, necessariis Libros I. & II. de figuris Harmonicis, meo libro III premissis.

Jam Ptolemaeus libro tertio cap. 3. operis sui prescripsit hunc titulum: Sub quod genus rerum referenda sic natura seu vis Harmonica, ejusq; scientia: ostendens, quod sit aliquid principium causale, formale, mentale, adeoq; diuinum, quod rebus conciliat Harmonias. Cap. IV. Quod vis Harmonicae contemplationis omnibus rebus insit, quarum Naturae altiori perfectionis gradu consistunt: & quod id maximè appareat in humanis Animis, inq; coelestibus revolutionibus. Ubi partitionem vides eorum, quæ restabant Ptolemaeo dicenda: primum scilicet de Harmonijs in Animis existentibus, secundum de Harmonijs in cœli motibus. Et de primo quidem sequuntur capitula tria: de secundo residua capita novem. Cap. V. Consonantias singulas comparat. cum facultatibus Anima rationalis singulis, id est concisè, per subdivisiones utriusq; rerum comparatarum. Cap. VI. Genera Harmoniarum singula cum singulis generibus seu classibus virtutum comparat. Cap. VII. Mutationes Tonorum cum mutationibus studiorum publicorum per temporum dissimilitudinem, adeoq; etiam cum mutationibus effectuum in Animis subitaniorum comparat.

In hac parte multa contra Ptolemaum disputo, symbolismos scilicet illos potissimum & parte non esse necessarios, nec causales, nec naturales, sed poeticos potius & oratorios: nam illas, que in animis insunt, facultates & virtutes speciales, non sortiri nec Ideam nec numeros constitutionis sua ex Harmonijs, tanquam ex Archetypo, sed habere causas alias confessas aut evidentes: quin hec quidem respödere ad numerū, sed longè quæstā aut male affectat à operi & speciem ipsis conciliari divisionis aquæ multipli; multas abundantes, aut vicissim defectus, dissimulari; quadam que minus succedunt, crinibus trahi: deniq; que maximè & dexterime in vicem respondent, non tam secundum aliquam proportionem quantitatū eiusdem generis subiunguntur nisi in quantitatum comparationib; Harmonie inesse non possint.

Quod verò Toni Musicales comparatur affectib; & morib; publicis, id ostendit maximè naturale esse, & habere modum cause: ubi occasione textus Ptolemaici adduxi Philosophorū variorū placita de cognitione Animorū, Numerorū, & harmoniarū inter se, quibus & Epilogum mei libri V adjunxi. Et quod nominatum attinet effectum tonorū in modis animis diversimode: illam materiam ego complexum sum peculiari cap: XV libri mei III. Sic quod attinet Iustitiam Commutativam Distributivam, & Amicitiam, & Oeconomica atque Politica: de hac materia, quatenus in ipsis valeant proportiones Musicae, feci Digressionē in fine mei lib. III. Denique materialiam ipsam promisi jam capitulis III & IV, & qua de V. VI. VII in genere vera dici potuerunt: complexus ego sum tribus primis & rursum septimo capite mei libri IV: ubi explicata Anmorū natura ostendi; quandoquidem circulus geometricè sectus in inscriptione figurarū planarib; comparatione partium cum cetero, definiat verè propriæ proportiones Harmonicas: in animis igitur essentiali quadam ratione inesse circulum, formaliter & abstractè non à materia tantum, sed etiam ab ipsa quodammodo quantitate, materialiter considerat: quare cum circulo inesse in animis & Harmonias, & hanc causam esse cur Animi moveantur Harmonijs: sed hoc omnia in genere tantum; nulla consequente causatione distributionis Animi in facultates speciales. Sic igitur habet res cum Animis humanis.

Quod moriones celestes attinet, Ptolemaeus libris suis III. cap. VIII comparat Zodiaco cum systemate seu scala Musica; capite IX consonantias ipsas cum Aspectib;

Planetarum. Hic ostendi ego, quibus in partibus manca sit doctrina de Aspectibus apud Ptolemaeum, & quomodo integratione numeri, hinc Aspectuum, inde Consuetudinum, appareat tandem naturalis & causalis harum rerum connexio. Est autem hæc genuina materia mei libri IV. præsertim cap. IV. V. VI.

Capite X. Ptolemaeus ex motu Planetæ ab ortu in occasum facit quandam melodiam, cap. XI, ex motu vero Planetarum in altum & profundum facit generacantus. Cap. XII, ex motu in latera equatoris, facit diversitatem tonorum Musicalium. Cap. XIII, ex varijs configurationibus planetarum cum Sole, facit varia systematis Tetrachorda. In his IV capitibus ostendi Ptolemaeum luxuriare exercitio comparandi poëtico vel oratorio: cum ea que comparat, non sint in celo realia, except à particulâ cap. XI, quam ad tria ultima capita, propter cognationem matris & volo rejectam. Ostendi etiam, hic partim incomparabilia comparari, reclamante comparatorum naturâ, partim que omnibus membris respondent, accidentariè saltem, non verò ex alicuius causa necessitate cohaerere. Haec tenuis igitur nihil vel parum, quod cum meis Harmonijs cœlestibus conveniat.

At verò sequens cap. XIV Ptolemai, proponit inquirere, juxta quos numeros primos comparari possint soni systematis seu scalæ Musicæ, cum sphæris primis in systemate Planetario. Hic ego ostendi, comparationem Ptolemeo & Pythagoricis in suis usitatâ Astronomiâ fuisse impossibilem, licet tentaverim aliquid principijs Ptolemaicis consentaneū comminisci, ut ita titulo nudo suis contextu<sup>9</sup> subderetur. Ostendi etiam, cum prima sphærae quantitatib<sup>9</sup> suis consistat, non minus quam chordæ suis longitudinibus: oportuisse comparationem secundum quantitates institui: cum tamen proportio sphærarum à proportione chordarum consonantium plurimum abhorreat. Emendatam verò & causalem seu Archetypicam connexionem sphærarum Mundi cum corporibus & regularibus, ego à principio mei libri V, repetij ex meo Mysterio Cosmographico.

Caput XV Ptolemai querit, quomodo sumi possint motuū proprioru proportiones p numeros; sed deest text<sup>9</sup>. Ostendi igr eadem qua in pced: cap. De cetero considerādum hoc dedi, quod hic Ptolemaeus ante i 500 annos materialis mei lib: V ppriam tractare instituerit, si p suam astronomiā potuisset. Ego itaq. in emendatâ Astronomia, que veros & simplices planetarum motus retinet, climatis apparentijs, que oculorum deceptionibus constant, ostendi, in celo secundum veram & genuinam rationem qualitativam, & mensurabile, non verò p nudam leviculam symbolisationem, inesse Harmonicas proportiones omnes, Harmoniarie genera, sistema seu scalam Musicam, & claves ejus plerasq; Tonorum varietates, vocum figuratus musicæ & mulos planetas, contrapuncta deniq; universalia & primiorum planetarum, variata & generib<sup>9</sup> & tonis. Cap. XVI & ultimo Ptolemae<sup>9</sup> pollicetur, indagare se velle, qua ratione familiaritates Erronū comparari possint cum familiaritatib<sup>9</sup> sonorū: principia sc, astrologica, de planetis beneficis & maleficis, amicis inter se vel hostibus, per Harmonias cœlestes demonstrare sicut est. Et quia etiam huic capiti deest textus; eum ego ut potui, præsertim ex Macrobio, concinnavi: at simul ostendi in notis, quid huic negocio desit, q min<sup>9</sup> s. in astronomiam antiquam succedat. In meo vero opere nullam partem cap. XVI, respondentem habeo, nisi paucula ex Epilogo Libri V. Nam astrologia agit de siderum effectibus in terrâ, mea vero cœlestes Harmonias non formantur p radios in terrâ, sed in Sole. At q. hic finis est operis Ptolemaici: cum q etiam summam Appendix in vestibulo libri V promisse finirem: nisi me rerū affinitas invitares ad satisfaciendum etiam ijs, qui à me contenderunt, ut D. Roberti de Fluctibus

Medici Oxoniensis, qui librum ab hinc anno de Microcosmo & Macrocosmo editum Harmonicus contemplationibus implevit, mentionem in meo opere Harmonico ne omitterem: sed ostenderem lectori paucis quibus in rebus inter me & illum conveniret, quibus viciissim dissideremus.

De Musica  
Mundana  
D. Robert  
et Flud Me  
dici Oxo-  
niensis.

Igitur author ille duos tomos est pollicitus, quorum unus de Macrocosmo inscriptus jam lucem videt, alter de Microcosmo adhuc expectatur. Prior tomus tractatus duos complexus, distinctis etiam temporibus prodit; nam primum trattatum de Mundo triplici, post nundinas Francofurtenses autumnales anni 1617, alterum de Artibus, quas natura Mundana Simias appellat, Paschalibus nundinis anni sequentis 1618 vidi. In altero igitur tractatu inter artes collocauit & Musican, complexus materiam libri mei tertij quadam tenus: in priore vero tractatu, qui septem libris absolvitur, tertium librum destinavit Musica Mundana, titulum eundem usurpans, quem ego tali in meo operi praefisi: materiam vero libri mei IV & V attigit. Igitur abejas Musica artificialis faciamus initium. Tradit illam libris VII: in quorum primo recenset authores, & nomenclaturas, & vim in Animis hominum. De authoribus seu historia inventionis ego nihil, vel certe pauca, quippe meum intentum est, rerum naturalium causas aperire: Nomenclaturas necessarias complexus sum in definitionibus meis passim, superfluas omisi. De vi Musices in Animis ago lib. III cap. XV, & libro IV passim. In secundo author res ipsas ag creditur, quas dicit Intervalla & Tempora. Rursum ego de Temporibus seu longitudine vel brevitate sonorum nihil admodum dixi; sunt enim arbitriae, nec indigent inquisitione causarum. Intervalla quadrata appellat simplicia, qua mihi sunt Concinna minima dissonia. Tonus major, minor, semitonum, diesis: alia vult esse ex his composita, que ego Consonantias appollo. Atqui sententiam hanc veterum, quod consonantiae componantur ex intervallis minoribus tanquam natura prioribus, ego refutavi expresse capite IV mei libri III, ostendo, quod minora e contrario orientantur ex consonis sese majoribus. Tertio libro explicat sistema seu scalam Musican, quae principia pars est mei libri III, a cap. IV usq; ad IX. Reliqui quatuor authoris libri praxis habent, quam ego ne attingo quidem. Nam in IV de mensura tractus, ejusq; modis varijs, & valore Notarum per eos, precipit, de quo ego parcula lib. III cap. XV & lib. IV cap. III. In V habet precepta compositionis cantus figurati, quam artem ego non profiteor. In VI excurrit etiam ad varia instrumenta Musica, de quibus ego ne cogitavi quidem. In VII deniq; novum instrumentum ipse aperit. In his igitur 4 postremis ille sic a me differt, ut Practicus à Theoretico: nam pro eo quod ipse instrumenta tradit, ego rerum seu consoniarum causas inquiero; & pro eo quod ipse docet componere melos plurium vocum; ego demonstrationes mathematicas concinno plerorumq; que naturaliter insunt in cantu tam Chorali quam Figurato. Propterea etiam in ipsius opere plurime sunt picturae; in meo, diagrammatam mathematica literis instructa. Vident etiam, ipsum plurimum delectari verum enigmatibus tenebrosis, cum ego res ipsas obscuritate involutas in lucem intellectus proferre nitar. Illud quidem familiare est Chymicus, Hermeticus, Paracelsistis; hoc proprium habent Mathematici. Adeoq; etiam libris II & III, ubi eandem mecum tractat materiam, hoc discriminis est inter nos; quod que ipse transsumit a veteribus; ego e rerum Naturae uno & ab ipsis fundamentis constituo: ipse, qua accepit, ea confusa (propter varian-

variantes tradentium sententias, ) & incorrecta, usurpat; ego naturali ordine procedo, ut omnia secundum leges Naturae sint emendata, & confusio vitetur; ideoq; ne quidem ad veterum placita applico constituta, nisi ubi confusio nulla sequitur. Ita, ubi ego veteres expresse refuto, de causis concordantiarum differentes: ibi ille veteres citra dubitationis aleam sequitur; de causis verioribus ne cogitat quidem. Uno verbo, in disciplina Harmonica, alter Musicum agit vocalem & Instrumentalem; alter philosophum & Mathematicum.

Jam ad alterum authoris locum transeamus, ubi Musicam ille in Mundum introducit. Hic vero immane quantum inter nos discrimen est. Primum quae ille harmonias docere intendit, ea sunt meri Symbolismi, de quibus idem aico, quod de symbolismis Ptolemaei, poeticos potius esse aut oratorios, quam philosophicos aut mathematicos. Hac anima est totius illius Operis, ut vel ex titulo pates Macrocosmi & Microcosmi. Nam in tomo altero demonstrare proculdubio intendet, nobile illud thema. Toti mundi magni, omniumque partium Ideas reperiiri in homine. Hec eadem anima est & primi tomis; quia totum mundum distribuit in tres regiones; ubi secundum celebratissimum illud Hermetis axioma, supera similia seu analogia facili interis. Hac vero analogia ut per omnia succedat, saepe crinibus trahenda sunt, que utring comparantur. Mea de analogijs sententia, ex digressione in calce mei libri III patet: nimis enim est analogia proportionum in geometricis formale quid est, respectu ipsius materiae quantitativae indefinita & in determinata: tamen respectu proportionum harmonicarum materialis potius affectio potest haberi: quia cum Harmonica proportiones certam quantitatem definiant, analogiae contraria seipsis in infinitum excurrere sunt apta, & sic materialem infinitatis affectionem supponunt.

Etsi vero similia nonnulla Macrocosmicis illis & ego tracto in opere meo: ut quod libro IV Terram animal facio: at id sit ratione longe aliâ. Nec enim contendo analogiam esse meram inter Terram & animalia, nec desumptum esse volo archetypum animalis & ipsam Terram; sed illud simpliciter propositum habeo demonstrare, illa opera, que spectantur in globo Telluris, non posse ex motibus elementorum, aut materia affectionibus solitarijs provenire, sed testari de Anima praesentiâ: jam ut intelligantur mea argumenta, opus fuit allegatione functionum animae variarum in corpore animalis. Iam ut proprieas accedamus ad fundamenta, quibus Robertus de Fluctibus superstruit suam musicam Mundanam; primum ille totum mundum, omnesque tres eius partes, Empyreum, Cœlestem, Elementarem, occupat: ego solam cœlestem; nec eam totam, sed solos planetarum motus quasi sub Zodiaco. Ille fuisse veteribus, qui vim Harmoniarum ex numeris abstractis esse credebant, sat habet, si quas inter partes concordantiam esse demonstrabit, eas numeris quomodo cumque comprehendant, nullâ curâ, cuiusmodi unitates illo numero accumulentur: ego nūspiam doceo querere Harmonias, ubires, inter quas sunt Harmoniae, non possunt mensurari eadē quantitatis mensurâ; sic ut causa quantitatis eadem sit inter illas proportio, quæ inter duas chordas eadem tensionis, causâ longitudinis. Pròpterea ille totum Mundum ratione semidiametri in tres aequales partes dividit, sat cognitum habens, aequales illas minimè esse; sed ideo solum, quia prima unitas, est mundus Elementaris, secunda, Mundus aetherius, tertia, Empyreus; & verò unitates pingi aliter non possunt, quam aequalitate linearum: at ego, nisi testetur astronomia de eadē unitatum mensurâ quantitativa, nequaquam ijs ut unitatibus utor ad num-

randas proportiones Harmonicas. Ille tamen, suis insistens principijs, pyramidemq; educens ex base, circulo magno Telluris, ejus verticem ad ipsum apicem cœli empyreum statuit; & altitudine ejus in tria aequalia ( perinde ac si unitates verissime aequales habuissent) divisâ, numerat quot partes veniant Empyreo, quot Cœlesti, quod Elementari. Nam summum Elementaris regionis hoc pacto duplo longius abest à summo Cœlestis, quam à summo Empyrei: & in divisione Pyramidis, respectu quidem axis, tribus regionibus tria aequalia, respectu verò trianguli per axem, Empyreo venit unitas, Cœlesti tres, Empyreo quinq; unitates: respectu deniq; spacijs seu corpulentiae figure, Empyreo unitas, cœlesti septem, Elementari novendecim unitates veniunt. Quid nunc dicam de alter à contraria Pyramide lucis, cuius basin facit ipsam adorandam trinitatem, in summo Empyrei cœli apice, verticem verò in ipsa terra collocat? Has duas Pyramidas cum inter se permisceat, ex q; mixta à proportiones musicas elicat, rem ientat à mei operis proposito diversissimam. Nam ipse lucem ( formæ & Anima lagiticem ) & Materiam, duo inter se diversissima comparat, & quibus quantitates nequaquam eodem respectu insunt: ego verò pro terminis formande proportionis Harmonica in mundo, non admitto nisi illa, quæ eodem respectu quantitates recipiant; verbi causâ motum Martis & motum Iovis, diurnos. Nec minus diversitas inter nos & in hoc consistit, quod ille Elementari regioni quartu- or adscribit gradus obscuritatis & tenebrarum quia quælibet res ait, quatuor quartas habet, sancè non minus quam tres tertias, & quinq; quintas: jam Terræ inesse omnes quatuor, aquæ tres, ( eog; illam esse jam pellucidam ), aëridius, ignianam. Rursum alibi, quamlibet regionem, cuiuslibet seu Elementis seu Cœli, in tria subdividit spacia, in summum medium & imum, non ubiq; se- quente sensuum probabilitate. Vides, unitates ejus rursum esse arbitrarias. Ille tamen pergit ob id inter Terram & aquam statuere Diateßaron, tria verò ejus intervalla, tonum, tonum, semitonium, tribus applicare spacijs, summo, me- dio, imo; cum illi certas ex causis suis quantitates, ista ne metas quidem à naturâ, mensuras verò secundum hac generalissima principia, planè indeterminatas ha- beant: & sic de ceteris. At mihi unitates naturales, bini sc. motus planetarum extremi ( seu diurni seu horarij, nihil interest ) expressi à naturâ in certas suis quantitates, sunt propositi, in quibus Harmonias queram. Ille in tenebra- rum & lucis gradibus, querit proportiones Harmonicas, nullo respectu alicuius motus: Ego Harmonias non nisi in motibus quero. Ille pauculas aliquas concor- dantas delibat, easq; ex suarum Pyramidum mixtura, quâ Mundum ipse pri- vativam in suo animo pictum circumgestat, elicit, seu ab illâ representari probat: Ego totum corpus Harmonicæ contemplationis, cum omnibus partibus, in ex- tremis planetarum motibus proprijs, secundum certas & ab Astronomiâ demon- stratas mensuras inesse demonstravi. Ipsit aq; conceptus suis Mundi, mihi Mundus ipse, seu in eo reales Planetarum motus, sunt subjectum Harmonia Mundana.

Ex his paucis constare arbitror, et si ad intelligenda Mysteria conferta philosophie profundissime, quam tradit Robertus, cognitione proportionum har- monicarum omnino opus est: tamen illum, qui vel rotum opus meum edidicit, ad- buc à Mysterijs illis perplexissimis absfuturum hand paulò longius, ac ipse ab accu- ratissimâ certitudine demonstrationum mathematicarum recesserunt. Atq; hic jam oriam Appendix FINIS esto.

## EMENDANDA IN OPERE.

**N**ostis scias, dabo liberos primos ultimò impressos peculiarem hahere scriiem foliorum. Numeros igitur  
hosce corrige. Lib. I. 41. Et lib. III. 50. 63. 112. 150. 161. 200. 212. 228. 229. 236. 237. Reliqua erra-  
ta sit corrige. Lib. I. f. 2. linea ante penult: undique. Pag. 17, lin. penult: tunc quæ

Interfolia 52 & 55, inserentur duo folia cum typis annis. Fol. 66. allegetur in margine ad consa-  
tit. 29. folium 150, & ad consit. 30. folium 82 libri III.

**L**ibro III. fol. 23. 24. Notæ corrigenda sunt ex fol. 103 sequenti. Fol. 25. lin. 17. in partes. Fol.  
29. in diagrammate priori Notam ad cyphram 6. ex spacio in subjectam lineam detruere; defectum Verò  
supple ex folio 86.

Fol. 33. 34. 35. **T**extus ex diversorum temporum schedis collectus, at non satis aptè compositus, et se  
vera omnia habet, obscuritatem tamen ex confusione distinguendo sum, & repertione propositionum con-  
traxi. **Q**uestiones distinctæ sunt istæ. 1. An Consonantiae habeant partes, qua ipsæ quoque sint  
consonantiae vel saltē concinna iætralla? **R**esponsio est hac. In consonantij esse distincta ista,  
primò proportiones, rem geometricam, deinde proportionis qualitatem, consonantiam ipsam:  
in quantum igitur sunt proportiones, excedi unam ab alia, minorem à majori, & sic unam alterius  
partem esse posse: in quantum vero qualibet illarum qualitatem consonantiae accepit & figurâ sua  
demonstrabili, non accidere ipsis compositiones. Argumenta sunt ista. 1. Species ut species, in-  
divisibilis & una est. 2. Specie constituit causa sua: at cause inter se sunt distinctæ singularium  
concordantium: igitur & ipsæ concordantiae contra se sunt distinctæ specie, nec potest dissolvi u-  
na, ut major, in alias suæ speciei, ut partes, sed bene in finiores speciei alterius. 3. Si, ut pars multipli-  
cata, auget quantitatem, sic etiam pars consonantiae confona vel concinna, angeret Consonantia  
vel concinuitatem totius, non efficeretur tandem ex accumulatione dissonantiae & inconcinna.

**Q**uestio II. An consonantiae habeant unam communem mensuram, puta, Tonus, Dies, Comma &c. **N**egatur: neque enim ut sunt proportiones: quia sic sunt incommensurabiles, id est  
commensurabili mensura carent: neque ut sunt species, quia causis, ex quibus ortæ, quibusque  
definitæ, etiam contra se mutuè distinctæ sunt. Habet n. quodammodo naturam figurarum, jam ve-  
ro Trigonus & pentagonus in eodem circulo, longitudines habent laterum incommensurabiles.  
Denique mensura quidem prior est mensuratis: concinna vero, ut Tonus vel Dies, &c. posteriora  
sunt consonantiae. **E**t nota, consonantij communes sunt partes istæ: Tonus Major, Minor, se-  
mitonium &c: sed nec omnes omnibus, nec una eatum est, qua solo emittatur consonantias.

Fol. 35. in Diagrammate priori dele Notam post 8, & cyphram 3 juxta 9; pone vero Notam aliam  
sunt 9 in spacio ipsius 8, sequente cyphram 3. In Diagram: secunde, cyphram 4 ex media linea in pen-  
suum transfer. Fol. 36. lin. ultim. dele voculam duæ. Fol. 41. in tertio diagrammate pro 66 in linea  
media; scribe 9 in pensum. Fol. 45. lin. 12. Tonus minorum prius dico. Ibidem in Diagr. e regio-  
ne VII. exprime 10 transversam. De fol. 47. & 57 vide fol. 103. Fol. 49 scribe h. 7952. Fol. 60. de-  
fectum supple ex fol. 233, ejusq; Prop: XLIII. Ibid. l. 9. & sine lege Pro 3. 4. est 60. &c. Fol. 77. lin. 3.  
quadratum de 3. unit. Fol. 82 in margine allegetur conjectaria 29 & 30 libri II. & proposicio 44 libri  
I. & proxime inferens, proposicio 47 ejusdem.

Fol. III. lin. 21. enim opera jam, lin. 22. facultatis harmonicae, & com. lin: antepenult: illos se-  
moven: Fol. 113. lin: 31. præcipue. Fol. 118 lin. 32 munitissimum, Fol. 120 lin: 11. insit divin. Fol:  
127. lin: 33, quippe species motuum. Fol. 134 lin: ult: Schematicus, qua hinc. Fol. 141. lin: an-  
tepenult: planetas) prius innotescit latus: rect. Fol. 143. lin. 6. 7. sunt ista: prius usurpavimus Prop:  
VI, cencrum. Fol. 147 in margine defuncta signa 大 & 小. Fol. 150 ad prop: XV in margine allegetur  
hb. I. Prop. XLIV, & lib. II. Confec. XXIX.

Fol. 153. lin. 24. adde ista nisi non potest. Bodem ex fundamento etiam sic ratiocinabimur.  
Aspectus est angulus, quem metitur arcus semicirculo minor: Residuum est majus semicirculo; nullum  
igitur metitur angulum, nullum aspectum: quare Residuum non consideratur in constitutione  
aspectuum. At consideratur in constitutione sectionis-harmonicae. Non igitur coherent inter se.  
sectio chordæ harmonica, qua Residuo utitur, & sectio Zodiaci efficax, qua non utitur. Et sic  
profunda. Folio 186 inferatur etiam schema ex are. Fol. 193 in tabella. Saturnus 10719. Fol. 195.  
enim tabella pro Saturni lege Mercurii Aphel: 470. Fol. 198. in tabella, dele diurni iteratim. &  
c. 1. d. 5.


pro aliis litteris initialis scribere has Cyphras ————— delicias quas invenis: item, & Perihelius 38. 1.  
f. 8. c. 24.


Fol. 204 post primum Diagramma lin: 6. lege, nec multo est gravior aphelius Martis. Fol. 211 in ta-  
bella ad sinistram e regione d h g d supremorum deest signum ♫. Fol. 216 lin: 3. tensionis. Fol. 217  
lin: 19. lege 7100. 7950. Fol. 223, linea 31 potestate. Fol. 226 lege XXIX Prop. Fol. 233 Proposi-  
(XLII. lege 54. 125. Fol. 234 lege Prop. XLIV. & in custode, XLV. Prop: Fol. 238.  
in margine politia.


Reliqua mendæ quæ in nonnullis exemplaribus occurrent,  
lector seipso facile corrigit.


## ГЛАВА IV. АДМИНИСТРАТИВНАЯ













KEPPLER  
HARMONIA  
MUNDI